



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -  
Cum Indicibus

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1674**

Cap. II. Ad cap. X. de officio Jud. ord.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10241**

nensi minimè convenit. Quid enim ei cum Hierosolymitano? Archiepiscopus Tyrius olim primum locum obtinuit inter Metropolitanos Antiocheno Patriarchæ subditos: Sed ex quo Syria à Latinis Saracenis ademta fuerat, Patriarchatui Hierosolymitano salvo gradus honore accessit, ut habet Guilielmus Tyrius *lib. 14. cap. 12.*

## CAP. II.

## Ad cap. X. de officio Jud. ord.

## S U M M A R I A.

- |   |                              |
|---|------------------------------|
| 1. Status questionis.                     | 4. Fine seculi XII. ademtum. |
| 2. Ratio dubitandi.                       | 5. Justin. Novella.          |
| 3. Clerus & populus intererant electioni. | 6. Ratio decidendi.          |
|   | 7. Id illustratur exemplis.  |

*Status questionis.*  
*Ratio dubitandi.*  
*Clerus & populus intererant electioni.*  
*Fine seculi XII. ademtum.*  
*Justin. Novella.*  
*Ratio decidendi.*  
*Id illustratur exemplis.*

**I**nterrogabatur Innocentius, utrum posset consecrationem sui suffraganei alteri committere. Quod affirmat. Ratio dubitandi: Quia Metropolitanus est confirmare, ergo & consecrare. Confirmatio electionis ad Metropolitanum spectat & Episcopos comprovinciales saltem tres. *can. 4. synodi Nicæna. can. Episcopi. dist. 64. can. Episcopus. dist. 65.* reliquis per literas consentientibus. Clerum & populum suffragatos fuisse, & Episcopos eodem tempore judicium tulisse, testatur Cyprianus de Sabino Episcopo scribens *lib. 1. epist. 4.* Post concilium Nicenum clerus & populus intererat electionibus. In occidente diutius jus electionum mansit clero & populo. Fine demum seculi XII. paulatim horum jus ad Canonicos migravit Ecclesiarum cathedralium, quod confirmarunt plurimæ Pontificum constitutiones. Justinianus Imperator, formam electionum *Nov. 123. & 137.* ita præscribit, ut clerici & cives honorati trium personarum electionis decretum scripto facere teneantur & ad Metropolitanum mittere, ut unus è tribus eligatur. Ratio decidendi, quod si Metropolitanus causâ aliquâ fonticâ impediatur, nõ impeditur per canones, quo minus possit id mandare suffraganeo. *can. Comprovinciales.*

*can. Extra. dist. 64.* Exemplum occurrit in Faustiano Aquensi Episcopo, quem ordinabant Palladius Santonensis & Orestes Vatesensis mandato Bertrami Burdegalensis Episcopi, qui lippitudine eo tempore laborabat. *Gregor. Turon. lib. 7. c. 31.* Dummodo mandararius sit catholicus & habeat gratiam sedis apostolicæ. *cap. quia diligentia. §. de elect. c. fraternitatis. de schismat.* Hinc Moses monachus designatus Saracenorum Episcopus consecrationem repudiavit accipere à Lucio Pseudoepiscopo Alexandrino. *Socrat. lib. 4. c. 29. Theodor. lib. 4. c. 21.* Et Antiochus Episcopi Johannis Pergensis consecrationem respuit. *Theodorit. lib. 4. c. 25. Alteserra bit.*

## CAP. III.

## Ad capitul. XIV. de offic. ordinarii.

## S U M M A R I A.

- |  |                        |
|--|------------------------|
| 1. Coadjutorum ordinatio quæ occasione in Syria frequentata? | 5. Morbus, cujus.      |
| 2. Nempe ob imperitiam linguæ Græcæ. Episc. Lat.             | 6. Exemplum.           |
| 3. Alteserra notatus.  | 7. Senium.             |
| 4. Cause quibus Coadjutores admittuntur, ut                  | 8. Pueritia.           |
|  | 9. Imperitiæ.          |
|  | 10. Dilapidatio.       |
|  | 11. Incurfus hostilis. |

**O**ccupata Syria & urbe CPoli captâ à Francis & Venetis Coadjutorum pulsus Græcis Episcopi Latini passim his terris locisque ordinatio impositi sunt, qui cum Græcè nescirent, permissum fuit, quæ occasio- ut Coadjutores & Vicarios Hellenismi peritos sibi ad- ne in Syria- frequenter? sciscerent, ne omnia per interpretes agere cogerentur. Sic Auxen- tius Cappadox à Constantio factus est Episcopus Mediolani in lo- Nempe ob cum Dionysii ob imperitiam linguæ Latinæ, ut notat ex Athanasio imperitiam epistolâ ad solitarios Alteserra. Quod verò de Brunone Episco- linguæ Gra- po Aldeburgensi addit idem Alteserra, id minimè quadrat. Non cæ. Episc. Lat. enim Bruno coadjutor factus fuit, Geroldi Episcopi: Sed Sacer- Alteserra dos: nec propter linguæ Slavicæ imperitiam ibi positus est, sed notatus.